



# BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN

## SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

Por disposición del Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo, los sujetos que hallándose adornados de los requisitos canónicos deseen ser pronovidos á la *Prima Clerical Tonsura*, y á los *Órdenes Menores y Mayores* que se han de celebrar, Dios mediante, en el día 19 de Septiembre venidero, lo pedirán por medio de solicitud hasta el día 13 del próximo Agosto, expresando el pueblo de su naturaleza, edad, estudios aprobados, la residencia actual, las que hayan tenido anteriormente y Parroquia á que hubieren pertenecido, si en ellas hubiere más de una.

Todos acompañarán á la solicitud la partida de bautismo; certificación de buena vida y costumbres; de frecuencia de los Santos Sacramentos; de estudios y facultativa que acredite no padecer enfermedad alguna perpetua, hereditaria ó contagiosa, que impida al interesado dedicarse al ejercicio del Sagrado ministerio del Sacerdote; y los que hayan estado en el servicio militar, testimoniales de la jurisdicción Castrense.

Además de los documentos expresados, deberán presentar para la *Prima Clerical Tonsura* y *Órdenes Menores*, la partida de confirmación; para el *Subdiaconado*, título de ordenación, el del último *Orden* recibido y certificación de exención de quintas expedida por el centro correspondiente; y para el *Diaconado* y *Presbiterado* el título del último *Orden* y certificación de haberle ejercido.

Es preciso sepan también que no se admitirá á ninguno á la recepción de *orden sacro*, si no hubiere cursado y probado los *dos años*, de Teología dogmática y Moral en los que siguen la carrera abreviada, y *cuatro* años de Teología en los que siguen la carrera lata ó mayor, según se dispone en la Constitución CCXVI de las Sinodales del Obispado; así como tampoco si no hubiere estado interno en el Seminario durante todo el tiempo, al menos, que haya de invertirse en la recepción de órdenes hasta el Presbiterado inclusive, como se prescribe en la Constitución CCXCIX de las referidas Sinodales; á no haber mediado dispensa de esta última condición, concedida por el Prelado en vista de justas y graves causas, convenientemente expuestas.

Transcurrido el día señalado, no se admitirá solicitud alguna, ni se dará curso á las presentadas, si carecen de alguno de los requisitos prevenidos, que deberán tener muy en cuenta los interesados.

Los exámenes tendrán lugar los días 17 y siguientes de Agosto y los ejercicios espirituales darán principio el día 9 de Septiembre.

León, 28 de Julio de 1896. — Dr. Adolfo Pérez Muñoz, Canónigo-Secretario.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LÉONIS  
DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII  
EPISTOLA ENCYCLICA  
AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS  
ALIOSQVE LOCORVM ORDINARIOS  
PACEM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

DE UNITATE ECLESIAE

VENERABILIBVS FRATRIBVS  
PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPPISCOPIBVS EPISCOPIBVS  
ALII SQVE LOCORVM ORDINARIIS  
PACEM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO, PP. XIII

*Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem.*

Satis cognitum vobis est, cogitationum et curarum Nostrorum partem non exiguam illuc esse conversam, ut ad ovile in potestate positum summi pastoris animarum Iesu Christi revo-  
cari devios conemur. Intento hac in re animo, non parum condu-  
cere salutari consilio propositoque arbitrii sumus. Ecclesiae effigiem ac velut lineamenta describi: in quibus praecipua consideratione dignissima unitas est, quam, in ea, velut insigne veritatis invictaeque virtutis, divinus auctor ad perpetuitatem impressit. Multum in intuentium animis nativa Ecclesiae pulchritudo speciesque posse debet: neque abest a veri similitudine, tolli ejus contemplatione posse inscientiam; sanari opiniones falsas praejudicatasque, maxime apud eos qui non sua ipsorum culpa in errore vissentur: quin immo excitari etiam in hominibus posse Ecclesiae amorem utique similem caritati, qua Jesus Christus eam sibi sponsam, divino cruento redemptam, optavit: Chris-

*tus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea* (1). Rever-  
suris ad amantissimam parentem, aut non probe cognitam  
adhuc, aut injuria desertam, si redditum stare oporteat non san-  
guine quidem, quo tamen pretio est Jesu Christo quaesita,  
sed labore aliquo molestiaque multo ad perpetiendum leviore,  
saltem perspicuum erit non voluntate humana id onus homini,  
sed jussu nutuque divino impositum, ob eamque rem, opitu-  
lante gratia caelesti, facile veritatem experiendo intelligent di-  
vinae ejus sententiae: *Jugum enim meum suave est, et onus*  
*meum leve* (2). Quamobrem spe maxima in *Patre luminum re-*  
*posita, unde onus datum optimum et omne donum perfectum*  
*descendit* (3), ab eo scilicet, *qui incrementum dat* (4) unus,  
enixe petimus, ut Nobis vim persuadendi impertire benigne  
velit.

Etsi Deus, quaecunque a naturis creatis efficiuntur, omnia  
ipse efficere sua solius virtute potest, nihilominus tamen ad  
juvandos homines ipsis uti hominibus, ex benigno providentiae  
consilio, maluit: et quemadmodum in rerum genere naturalium  
perfectionem debitam, ita in iis, quae modum naturae transi-  
liunt, sanctitatem homini ac salutem non nisi hominum opera  
ministerioque impertire consuevit. Sed perspicuum est, nihil  
inter homines communicari, nisi per externas res quae sensibus  
perciipientur, posse. Hac de causa humanam naturam assumpsit  
Dei Filius, *qui cum in forma Dei esset... semit ipsum exina-*  
*nivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum fac-*  
*tus* (5): atque ita, in terris agens, doctrinam suam suarumque  
praeculta legum hominibus, colloquendo, tradidit.

Cum divinum munus ejus perenne ac perpetuum esse oportet,  
idcirco nonnullos ille sibi adjunxit alumnos disciplinae  
suae, fecitque potestatis sue participes: cumque *Spiritum ve-*  
*ritatis* in eos devocasset e caelo, praecipit, peragrarent orbem

---

(1) Ephes., v, 25.

(2) Matt. xi, 30.

(3) Ep. Jac., I, 17.

(4) I. Corinth., III, 6.

(5) Philippens., II, 6-7.

terrarum, quodque ipse docierat quodque juss erat, id omne fideliter universitati gentium praedicarent: hoc quidem proposito, ut ejus et professione doctrinae et obtemporatione legibus posset hominum genus sanctitatem in terris, felicitatem adipisci in caelo sempiternam.—Hic ratione atque hoc principio Ecclesia genita: quae quidem, si extreum illud quod vult, caussaeque proximae sanctitatem efficientes spectentur, profecto est *spiritualis*: si vero eos consideres, quibus cohaeret, resque ipsas quae ad spiritualia dona perducunt, *externa* est necesarioque conspiciua. Docendi munus accepere Apostoli per cognoscenda visu audituque signa: idque illi minus non aliter executi quam dictis factisque, quae utique sensus permoverent. Ita quidem illorum vox extrinsecus illapsa per aures, fidem ingeneravit in animis: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi* (1). Ac fides ipsa, scilicet assensio primae supremaeque veritati, mente quidem per se comprehenditur, sed tamen eminere foras evidenti professione debet: *Cordo enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem* (2). Simili modo nihil est homini gratia caelesti, quae gignit sanctitu linem, interius: sed externa sunt ordinaria ac praecipua participandae instrumenta gratiae: sacramenta dicimus, quae ab hominibus ad id nominatum lectis, certorum ope rituum, administrantur. Jussit Jesus Christus Apostolis perpetuisque Apostolorum successoribus, gentes ut edocerent ac regerent: jussit gentibus, ut illorum et doctrinam acciperent et potestati obedienter subessent. Verum ista in christiana republica jurium atque officiorum vicissitudo non modo permanere, sed ne incohari quidem potuisset nisi per interpres ac nuntios rerum sensus.—Quibus de caassis Ecclesiam cum *corpus*, tum etiam *corpus Christi* tan crebro sacrae litterae nominant: *Vos autem estis corpus Christi* (3). Propter eam rem quod corpus est, oculis cernitur Ecclesia: propterea quod est Christi, vivum corpus est actuosum et vegetum, quia eam tuetur ac sustentat, immissa virtute sua, Jesus Christus,

(1) Roman , x, 17.

(2) Ib., i0.

(3) I. Corinth , xii, 27.

in eum fere modum quo cohaerentes sibi palmites alit ac fructuosos facit vitis. Quemadmodum autem in animantibus principium vitae in occulto est ac penitus abditum, indicatur tamen atque ostenditur motu actuque membrorum, sic in Ecclesia supernaturalis principium vitae perspicue ex iis, quae ab ipsa aguntur, appareat.

Ex quo consequitur, in magno eodemque perniciose errore versari, qui ad arbitrium suum fingunt Ecclesiam atque informant quasi latentem minimeque conspicuam: item qui perinde habent atque institutum quoddam humanum cum temperatione quadam disciplinae ritibusque externis, at sine perenni communicatione munera gratiae divinae, sine rebus iis, quae haustam a Deo vitam quotidiana atquo aperta significatione testentur. Nimirum alterutram esse posse Jesu Christi Ecclesiam tam repugnat, quam solo corpore, vel anima sola constare hominem. Complexio copulatioque earum dnarum velut parvum prorsus est ad veram Ecclesiam necessaria, sic fere ut ad natu ram humanam intima animae corporisque conjunctio. Non est Ecclesia intermortuum quiddam, sed corpus Christi vita supernaturali praeditum. Sicut Christus, caput et exemplar, non omnis est, si in eo vel humana dumtaxat spectetur natura visibilis, quod Photiniani ac Nestoriani faciunt: vel divina tantummodo natura invisibilis, quod solent Monophysitae: sed unus est ex utraque et in utraque natura cum visibili tum invisibili; sic corpus ejus mysticum non vera Ecclesia est nisi propter eam rem, quod ejus partes conspicuae vim vitanque ducunt ex donis supernatu: alibus rebusque ceteris, unde propria ipsarum ratio ac natura efflorescit. Cum autem Ecclesia sit *ejusmodi* voluntate et constitutione divina, permanere sine ulla intermissione debet *ejusmodi* in aeternitate temporum: ni permaneret, profecto nec esset condita ad perennitatem; et finis ipse, quo illa contendit, locorum esset temporumque certo spatio definitus: quod cum veritate utrumque pugnat. Istam igitur et visibilium et invisibilium conjunctionem rerum, quia naturalis atque insita in Ecclesia nutu divino inest, tamdiu permanere necesse est, quamdiu ipsa permanens Ecclesia. Quare Chrysostomus: *Ab Ecclesia ne abstineas: nihil enim fortius Ecclesia, Spes tua Ecclesia, salus tua Ecclesia refugium tuum Ecclesia.*

*Coelo excelsior et terra latior est illa. Numquam senescit, sed semper viget. Quamobrem ejus firmitatem stabilitatemque demonstrans, Scriptura montem illam vocat (1). Augustinus vero: Putant (gentiles) religionem nomicis christiani ad certum tempus in hoc saeculo victuram, et postea non futuram. Permanebit ergo cum sole, quandiu sol oritur et occidit, hoc est quandiu tempora ista volvuntur, non deerit Ecclesia Dei, id est Christi corpus in terris (2). Idemque alibi: Nutabit Ecclesia, si nutaberit fundamentum: sed unde nutabit Christus?... Non nutante Christo, non inclinabitur in saeculum saeculi. Ubi sunt qui dicunt, periisse de mundo Ecclesiam, quando nec inclinari potest? (3).*

---

(1) Hom. *De captio Eutropio*, n. 6.

(2) *In Psal. LXXI*, n. 8.

(3) *Enarratio in Psal. CIII*, sermo II, n. 5.

---



## EJERCICIOS ESPIRITUALES DEL CLERO

---

El día 8 á las siete y media de la tarde empezó la primera tanda de ejercicios espirituales del Clero de esta Diócesis, dirigidos por los RR. PP. García Alcalde y Seisdedes de la Compañía de Jesús y presididos por nuestro Excmo. Prelado, quien asistido de los Sres. Arcipreste y Archivero de la Santa Iglesia Catedral, entonó el himno *Veni Creator* que, alternando con el órgano, continuó el coro de 100 Sacerdotes que concurrieron á esta tanda, y después de rezado el Santo Rosario, pronunció el P. García Alcalde el discurso preparatorio en el que con la elocuencia y energía que le caracteriza, demostró la importancia

y necesidad de los ejercicios espirituales é indicó los principales medios que deben ponerse en práctica por los ejercitantes para obtener abundantes y provechosos frutos espirituales. El recogimiento y puntualidad con que los señores ejercitantes han asistido, el ejemplo de nuestro Excmo. Prelado que ha sido el primero en asistir á todos los actos y el celo desplegado por los RR. PP. al desarrollar las principales verdades de nuestra Sacrosanta Religión, todo ha debido contribuir á que el Señor haya colmado á los celosos Sacerdotes de gracias espirituales, que han de redundar no poco en provecho de las almas que están confiadas á su cuidado.

El dia 17 después de celebrada la Santa Misa por el Excmo. Prelado de quien recibieron todos la Sagrada Comunión, y después de la plática dirigida por el mismo á los ejercitantes, estimulándoles á perseverar en los Santos propósitos formados durante los ejercicios, se terminó con el *Te Deum* en acción de gracias por los beneficios recibidos.

A las siete y media de la tarde del dia 22 se dió principio á la segunda tanda de ejercicios con las mismas formalidades que en la primera y con la asistencia de 70 señores Sacerdotes, quienes con el fervor y asiduidad con que les están practicando, hacen concebir esperanzas de que el Señor les bendecirá y derramará sobre los mismos abundancia de gracias.